Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

hodie te ꝓpheta constituo. et nunc primū adustam gentē
corrigendo ꝑmitto. Olim enī olim michi ꝓbatus ac notus es.
olim consecratus ac dignus. olim ꝓpheta gentibus institutus.
Te michi aptum te idoneū presentia ipsa monstrauit. Tibi
ꝓpheta dī. ꝑsagium et fiducia predicandi adtribui. Te pro
phete officia. et mee dispositionis nuntia ferri ad illos in
stitui. Te tamen nemo deterreat. Nemo tibi formidinē uana
inmittat. Inter metipsos tu eris medius. qui iussa ferias. pre
cepta ostendas. mandata edicas. Nec poteris reticere que
loquor. ne silendo possis adferre pneciem. qui ꝑdicando pote
ris conferre salutē. Quid ē inquit dominator dne. cur uni
ori michi. tam onerosum pondus inponis. cur ad corrigen
dū ꝑplm etatē paruulam deligis. cur ꝓphetandi michi tan
ta opera credis. Ego enī nec ad exequendū idoneus. q̄ etate
premor sermone impedior officio terror. Noli inquit dns
dicere. quia iunior ego sum. Hoc enī ꝓte fieri uolui. hoc ꝓ
te impleri precepi ut iunior senes. et ineloquens eloquen
tes oburges. Te michi dignū non etas constituit. te idoneū
sētas. non qualitas sermonis adseruit. Apud me enī non
etas iunior inpeditur. aut senior conlaudatur. sed actus
et uita et morū dignitas conꝑbatur. Inte qd amo. in alio ñ
inuenio. Eloquentes plurimos iudeo. sed ꝓbos inuenire non
possum. Senes innumeros cerno. sed degeneres omis aspicio.
Quare te adgentes et ꝑplos mittā. ut corrigantur prau
digressi redeant contemptores obaudiant. Nec aliud poteris
uelle quā uolo. quia ꝓpterea delectus es. dū efficis quod